



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

V. Vt nullus episcopus relicta cathedra, in dioecesi resideat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

I V.

Placuit etiam, vt rem ecclesiæ nemo vendat. Quod si aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit ante primatem consulere, saltem \* post factum curiositatem habeat & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad Concilium referre eat suæ ecclesiæ necessitates. Quod si non fecerit, reus \* Concilii venditor teneatur.

Cod. Can. c. 16. supra. 17. q. 4. Nullus res ecclesiæ.

ANNO CHRISTI 398.

\*vicinos testes conuocet episcopos, curans &

\* Deo & Concilio venditor

V.

Placuit, vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet, constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Conc. Afr. 7. 38. c. q. 1. Placuit vt nemini.

VI.

Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque vlllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis (quoties super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

Conc. Afr. c. 39. De consecr. dist. 4. Placuit de infantibus.

VII.

Placuit, vt dies venerabilis Paschæ, formatarum

Conc. Afr. c. 40.